

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1259 - 1260

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Bernhardo Cagoni; ipse autem Bernardus eosdem mansos contulit in feudum Heinrico Marsilio civi nostro Argentinensi, consensu nostro et predicti comitis Sigeberti accedente. in cuius rei evidentiam presens exinde pagina est scripta et sigillo nostro videlicet comitis Sigeberti et predicti Bernardi in testimonium communita. acta sunt hec anno domini 1259, presentibus his testibus: videlicet Alexandro domini de Dicke, Wenero Bagario, Waltero Waffelario, Conrado Cagone clerico et fratre suo dicto Hawenmezer, Pilgerino et Hartungo fratribus de Wangen, Rudolpho de Vegersheim, Reiboldelino et aliis quam pluribus¹.

Aus Schöpflin Als. dipl. I, 429 nr. 587 (ex tabul. civ. Argentin.).

450. Pabst Alexander IV verheißt Allen, welche die Kirche der Straßburger Dominikaner an bestimmten Tagen besuchen werden, Ablaß. 1260 Januar 5 Anagni.

Alexander episcopus servus servorum dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. vite perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis pretio sanguinis fusi de pretioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique sed precipue in sanctorum ecclesiis majestas altissimi collaudetur. rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatinus ad ecclesiam dilectorum filiorum . . . prioris et fratrum ordinis predicatorum Argentinensium imploraturi a domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. nos enim, ut Christi fideles quasi per premia salubriter ad merita invitemus, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in singulis festivitibus gloriose Marie virginis et beatorum Domini confessoris ac Petri martiris ejusdem ordinis professorum necnon et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesie et septem diebus immediate sequentibus causa devotionis accesserint, annuatim centum dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. datum Anagnie nonis januarii, pontificatus nostri anno sexto.

Aug. 4
April 29

T aus Straß Thom. A. Dominicans lad. 3 or. mb. c. bulla pend. Auf dem untern Rande rechts Jac Mut, auf dem Rücken predicatorum, Alles, wie es scheint, von gleicher Hand wie die Urkunde.

¹ Das Raths- u. Bürgerbuch fol. 12^a i. Straßb. St. A. verzeichnet aus einer Urkunde des Jahrs 1259 folgende Namen von Straßburger Bürgern ohne jede Bemerkung, ob dieselben Rathsmitglieder gewesen oder nicht: Albrecht Rülenderlin, Johans Schilt, Götze von Grostein, Viviantz, Reimbolt von Friburg, Peter von Schöneck, Johans Pfanfelin, Reimbolt Reimböldelin, Gösselin Schaup, Gosselin von Kageneck, Reimbolt der Liebenzeller, Johans Hetzel, Johans von Wolffgangesheim, Reimbolt der junge, Johans Stübenweg, Wilhelm Nape, Hug Zorn, Burckart Schultheis, Rüdolf Zoller, Rälın Lentzelin, Conrat Broger, Jacob Kempff.